

Plurimum.

Non leve temporis momentum elapsum est, Vir Nobilissime, ex quo
 mihi in Germania hospitanti, et inter otia exilij
 otio tuo amantissimo amabilissimog, meipsum oblectant
 nomen Constantini Hulgenij innotuit; quumve desi-
 derio teneret huc invisere loca, ut Reges illor. ac perse-
 tuos literarum humaniorum dictatores, coram viderem,
 venerarem, adorarem; atq. si omnino fieri possit, quamvis
 Numina timidiuscule accedere solemus, in notitiam me
 illorum Verecunde insinuasem. Unus tu adhuc resta-
 bas Vir Nobiliss. post illor. quor. mihi conciliaveram;
 proxenctam et paraxinum quosivi, talemq. inveni quo
 vix mihi optatos, tibi ve gratios contingere potuisset.
 Accessi itaq. Domum tuam, animo morem gessi, yeno revo-
 luntati satisfeci. Inmundissima memoratu est mihi tua illa
 humanitas, qua me peregrinum hominem, obscensum
 in umbra degentem, non fama, non bonae fortunae appri-
 cantem, excepisti, ad colloquium admisisti, patienter
 audivisti, scum quodam quasi prolubio animi optatos
 voces reddidisti. Quid dum mecum volo audacior
 iam ad te litterulis meis accedo, et per Virtutem, per
 fidem (Amicorum Numen) oro observo obtestor, ut benivo-
 lentiam illam erga me, quamvis non merear, conserves
 diuturnam. Gustaviden. moam quantum per occupatio-
 nes magnas licet vel in transcurgu percussas et
 radiolum vel exiguum de scrinio solis tui poetici eidem
 commodes, ut ubi demio limatior, ac locupletior (crescit
 enim Poetae animus cum Regis fortuna) prodierit
 tuo quoq. iudicio asserta publice videntur. Mitto
 namq. Violam primum Veris flosculum, quem ut inter
 sacra, sacratis hisce diebus. Legas, iterum atq. iterum
 oro. Verum si palato belgico non satisfacit; tunc asperio
 vi ut sibi duripri quo talis herba nascuntur annummeris
 non omnino fert omnia tellus. Bene Columba illa Franca;
 In Batavis sicut est mediocribus esse Postis. Ut ut
 est Viola nostra ob ipsam materiam in qua occupatus
 tibi credo non displicebit. Sed dum te meis ineptijs o/candi
 dum peccatur obruo, Quid mirare, velim? mendicem carmine numum?
 Non. testor Superos, mens est meruisse favorem.
 Cetera facient Divi, utve faciant Dominus exulum nutritio
 tanget condn illor. Vale Vir nobiliss. et hanc audaciam
 meam bene interpretare. Lugd. B. Sab. in Albr 1632.
 Tui Nobiliss. Virtutis Cultor V. Clemens.

Nobili et Amplis. Viris
Dn. Constantino Huygensio
Equ. Sereniss. Principis
Auriculae à Consilio secreto.
pibus etc. ad manus